

et noster dilectus dominus Conradus abbas Ossecensis exhibuit nobis quasdam literas domini genitoris nostri, petens nos cum instantia, ut eas approbare et ratificare de benignitate solita dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis est: Nos Johannes dei gratia Boemiae rex ac Lucemburgensis comes et cetera. Nos itaque attendentes, quod decet principum clementiam, iustis petentium desideriis et votis exauditionis ianuam aperire, praedictas domini genitoris nostri literas prout de verbo ad verbum praesentibus sunt insertae approbamus et ratificamus eisque nostrum praebemus consensum benivolum et assensum. Approbantes etiam specialiter collationem, incorporationem et plenum ius regium translatum ad monasterium Ossecense praedictum de ecclesia parochiali in Pirnis cum capellis constructis et construendis et cum plena perceptione thelonei ibidem tam in aqua quam in foro decimae septimanae spectantis parochiam ad eandem, prout id in literis domini genitoris nostri praedicti lucidius continetur. In quorum omnium testimonium atque robur perpetuo valiturum praesentes scribi et nostri sigilli munimine iussimus communiri. Datum Pragae die dominica qua cantatur Reminiscere anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> secundo.

Nach einer Abschrift im Codex Damascus fol. 25 im Archiv des Cisterzienserstifts Ossegg.

In Acten des K. Haupt-Staatsarchivs, das Burglehn in Pirna bel., wird über den Inhalt einer nicht aufgefundenen Urkunde des Königs Johann berichtet (wahrscheinlich derselben, welche durch obige Urk. bestätigt wurde): Zcum ersten, aus deme hewptbriue aller priuilegien mit namen der maiestatt des durchlauchtigsten konigs Johannes zcu Behem vnd Polan ꝛc nennet her dy kirche mit andern alzo: Wir begnuden das closter ꝛc mit der pharrekirchen zcu Pirn vnd mit iren capellen, dy do seynt gebawet ader hernoeh gebawet werdenn mit vi ß czinßen vnd mit foller eynforderunge des czolles der czehenden wochen an der fere vnd in der obgenannten stat, an deme sy nymands sal irren ꝛc. Datum Pragae anno domini MCCCXL primo in die beati Benedicti abbatis.

#### No. 34. 1346. 23. Mai.

*Kurfürst Rudolf von Sachsen, umbe fliesiger andechtiger vorbete vnsers lieben namhaftigen hern Otto burggraue von Wytin vnsers ratgebers, erklärt seine Zustimmung zu der Verleihung und Uebergabe der Pfarrkirche zu Pirna sammt Capellen an Kloster Ossegg durch König Johann von Böhmen und Bischof Withego von Meissen. Actum et datum Wittemberg anno domini millesimo trecentesimo quadragésimo sexto feria III<sup>a</sup> in Rogationibus.*

Uebersetzung des lat. Orig. in Acten des K. Haupt-Staatsarchivs wie No. 18.

#### No. 35. 1346. 27. Mai.

*Bischof Johann von Meissen und der Archidiaconus Nisicensis Hermann beurkunden, dass die zwischen ihnen und dem Abt von Ossegg bezüglich der Einsetzung der von dem Kloster zu der erledigten Pfarre in Pirna präsentirten Person entstandenen Meinungsverschiedenheiten und Weiterungen durch einen unter Vermittelung des Burggrafen Otto von Wettin zu Stande gekommenen Vergleich erledigt worden sind.*

Johannes dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus, Hermannus eadem gratia archidiaconus Nisicensis universis et singulis tam praesentibus quam futuris ad quos praesens scriptum pervenerit salutem in domino. Cum in iure cautum sit etc. Inde